MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80211-17

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:
SEYFFERT, PAUL

TITLE:
QUAESTIONES AD AUGUSTI BELLA ...

PLACE:
ERLANGEN

DATE:
1887

Master Negative #

91-8021-17

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record



Box 31 Seyffert, Paul.
Quaestiones ad Augusti bella germanorum criticae: Pars I. (De Clade Lolliana et de Drusi bellis) Erlangen, 1887.
32 p. 22 cm.

Thesis, Erlangen.

874
Z8
v.6

Another copy. Volume of pamphlets.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO:_____
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 2-12-91 INITIALS M.R.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT


AIIM
Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202
Centimeter
Inches
MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

no. 10

238

— 80

QUAESTIONES AD AUGUSTI BELLA GERMANORUM CRITICAE.

PARS I. (DE CLADE LOLLIANA ET DE DRUSI BELLIS.)

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ET

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINI

IN UNIVERSITATE ERLANGENSI

OBTULIT

PAULUS SEYFFERT

BRANDENBURGENSIS.

ERLANGEN 1887.

Quis est qui nesciat Germanos a Mario Italia, a Caesare Gallia pulsos esse? Neque vero hic, quamquam bis Rhenum transiit, propter Gallorum seditiones et dissensiones civiles id agere potuit, ut Germanis ipsis bellum ultro inferret. Cuius filius adoptivus Caesar Augustus bellis civilibus confectis floruit opibus tantis, ut Germaniam in patris honorem in provinciae formam redigere auderet. (Florus II 30: sed quatenus sciebat patrem suum C. Caesarem bis transvectum ponte Rhenum quaesisse bellum in illius honorem concupierat facere provinciam . . .)[1] Sed primo in bella Germanorum certe sperans fore ut Galliae legati ad eos subi-

[1]) De rationibus et rebus, quibus Augustus adductus est, ut Germanis bellum inferret, Th. Mommsen disserit ('Die germanische Politik des Augustus' N. R. 1871 p. 537 sq.): 'Aber war es richtig, Halt zu machen am Rhein und am Nordabhang der Alpen? Man kann es wohl begreifen, dass auch diejenigen römischen Staatsmänner, die wie der Kaiser selbst einer eigentlichen Eroberungspolitik abgeneigt waren, diese Frage doch nicht ohne Weiteres bejahten. Wenn man von der Rheinmündung die Grenze stromaufwärts bis nach Basel führte, das bereits kurz nach Caesars Tode zur Römerstadt eingerichtet worden war, und von diesem Punkte aus die Donaumündung zu erreichen suchte, trafen die beiden Linien im stumpfen Winkel auf einander und Grossdeutschland, wie die Römer es nennen, schob sich wie ein Keil zwischen dieselben hinein. Auch schied die beiden grossen Nationen der Kelten und der Germanen schon damals nicht unbedingt der Rhein . . . und die Römer unter Augustus mussten wohl einsehen, dass dieser von ihnen selbst, wo nicht geschaffene, doch erweiterte deutsche Grenzstreif in seiner engen Berührung mit den freien rechtsrheinischen Germanen ihrer Herrschaft weit gefährlicher war, als das Flackerfeuer im Keltenlande und der Elan seiner Patrioten. . . . In der That blieb Roms Herrschaft unsicher und schwankend, so lange die Germanen am andern Ufer des Rheinstroms in offener Feindschaft mit den Römern beharrten . . . . . Der Plan wurde gefasst, den Rhein und das Vorland der Alpen zu überschreiten und in umfassenster Weise die römischen Waffen von Gallien aus ostwärts, von Italien und Macedonien aus nordwärts zu tragen.'

gendos valerent, curam non incubuit. Atque anno 717/37 Agrippa secundus Romanorum Rhenum transgressus Ubios ultro dedentes se in Galliam traduxerat atque experimento fidei (Tac. Germ. 28) in proximis Rheno agris collocaverat, ut Germanos Gallia arcerent. Cfr. Strabo, geogr. IX 3, 4. Tacitus, Germ. 28; ann. XII 37. Sueton, Aug. 21. Dio, XLVIII 49.[1]) Octo annis post Agrippae expeditionem anno 725/29 Nonius Gallius Germanos Treviris contra Romanos auxilium ferentes domuit. (Dio LI 20).

Et eodem anno 725/29 C. Carinas Suebos Rhenum transgressos in fugam coniecit. Qua de causa triumphum egit; egit et ipse Augustus, quod victoriam ad imperatorem semper referendam diceret. (Dio LI 21).

Anno 729/25 M. Vinicius legatus cum Germanis, quod cives Romanos commercii causa Germaniam ipsam ingressos necaverant, signa contulit victorque discessit. Quo ex bello Augustus nomen imperatoris quidem cepit, sed triumphum, qui ei propter hanc rem et alias res tum gestas decretus erat, repudiavit. Quem cum recusasset, ei arcus in Alpibus — Terentius enim Varro tum Salassos vicerat (Dio LIII 25. Cassiodor. Liv. epit. 135) — exstructus et copia singulis Januarii Kalendis ornamentorum triumphalium utendorum data est. (Dio LIII 26.)

Anno 735/19 Agrippa motus Gallorum, cum et graves inter se inimicitias exercerent et a Germanis vexarentur, sedavit. Utrum ille vi et armis an alio modo effecerit, ut Germani tum pace uterentur, Dio memoriae non tradit. (Dio LIV 11: Ἀγρίππας .... ἔν τε γὰρ ἀλλήλοις ἐστασίαζον, καὶ ὑπὸ τῶν Κελτῶν ἐκακοῦντο· καταστήσας δὲ καὶ ἐκεῖνα ἐς Ἰβερίαν μετέστη.)

[1]) Plerique virorum doctorum putant expeditionem illam anno 716/38 ab Agrippa susceptam esse. Sed recte Watterich (die Germanen des Rheins, ihr Kampf mit Rom und der Bundesgedanke. Leipzig 1872) dicit: 'Die Expedition des Agrippa muss in das Jahr 37 gesetzt werden. Denn Dio sagt, Agrippa habe, eben Consul, den Triumph, den ihm Augustus zuerkannte, nicht angenommen, Da das bei Agrippa's Rückkehr aus Gallien sich begeben haben muss, Agrippa aber nicht um Neujahr, sondern, wie es zu geschehen pflegte, im Herbste in Rom ankam, so hat er folglich in seinem Consulatsjahr 37 den Feldzug gemacht.'

Quibus victoriis Romani tantum afuit, ut initium Germaniae perdomandae facerent, ut anno 738/16 cruentam cladem acciperent. Quo anno Lollius legatus a Germanis superatus est. (Tac. ann. I 10: dicebantur contra pacem sine dubio post haec (bella civilia) verum cruentam: Lollianas Varianasque clades.) (Suet. August. 23: Graves ignominias cladesque duas omnino, nec alibi quam in Germania accipit Lollianam et Varianam: sed Lolliana maioris infamiae quam detrimenti.) Atque magni momenti clades Lolliana fuit, non modo quod Augustus nullas graves clades nisi Lollianam et Varianam accepit, sed etiam quod ille permotus est, ut id quod iam dudum expetivisset (Florus l. c..... in illius honorem concupierat facere provinciam) ad effectum adducere conaretur.[1])

[1]) Mommsen l. c. haec dicit: 'Ob Augustus ganz von freien Stücken sich dazu entschloss, die Friedenspolitik zu verlassen, oder ob er dem Drängen der Seinigen nachgab, die Niederlage des Lollius gab den Ausschlag' ....

Caput I.

De clade Lolliana.

Dio (LIV 20) haec fere memoriae prodit. Sygambri et Usipetes et Tencteri postquam cives Romanos apud se versantes crucibus affixerunt, Rhenum transgressi Germaniam (cisrhenanam) et Galliam diripuerunt. Equitatum autem Romanonorum contra se missum insidiis collocatis fugaverunt: fugatos persequentes praeter opinionem suam in Lollium exercitumque eius incurrerunt. Conspectis Romanis Germani animis non modo non defecerunt, sed in medios hostes irrumpentes Lollio cladem gravem intulerunt. — Aquilam legiones quintae ceperunt. (Velleius II 97). — Qua clade nuntiata Augustus Roma in Galliam profectus est.

Sed Germani, cum et Lollium bellum parare et Augustum exercitum adducere audirent, tantopere perterriti sunt, ut in fines suos regressi obsidibus datis cum Lollio pacem facerent. Augustus, quamquam Germani pacem servabant, tamen in Gallia remansit neque prius Romam rediit, quam res Gallicas et Germanicas et Hispanicas constitueret.

Praeter verba Dionis etiam haec et Velleii et Julii Obsequentis et Acronis ad cladem Lollianam referenda sunt.

Vell. Paterc. hist. Rom. II 97: 'Accepta in Germania clades sub legato M. Lollio, homine in omnia pecuniae quam recte faciendi cupidiore et inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimo, amissaque legionis quintae aquila vocavit ab urbe in Gallias Caesarem.'

Jul. Obseq. de prodigiis 131: 'Insidiis Romanorum Germani circumventi sub M. Lollio legato graviter vexati.'

Schol. ad Horatium add. IV 2, 34.

Hor. IV 2, 34: 'Caesarem quandoque trahet feroces
Per sacrum clivum, merita decorus
Fronde, Sygambros.'

Acro: 'Quia antea centuriones Romanos, qui ad stipendia missi erant, tentos crucibus defixere.'

Quae auctorum verba Watterich (die Germanen des Rheins, ihr Kampf mit Rom und der Bundesgedanke. Lepizig 1872) hoc modo componit: 'Es hatten sich römische Hauptleute, wahrscheinlich in der Absicht, um Germanen für den Kriegsdienst zu werben, bei den Verbündeten zu thun gemacht. Unterdessen scheint eine Sigambernschaar über den Rhein gesetzt und drüben einen Beutezug gemacht zu haben, der übel ablief. Lollius nämlich, der Legat, legte sich in einen Hinterhalt, fiel über die Sorglosen her und richtete unter ihnen ein grosses Blutbad an. Dagegen ergriffen die Sigambern Repressalien, indem sie die Römer im Lande verhafteten und durch einen grausigen Tod ihren Göttern opferten. Durch diese blutige Feier zur höchsten Wut entflammt setzten sie dann .... über den Rhein.' — Sed ad hanc sententiam non accedo. Nam pro verbis 'Romanorum Germani' a Julio Obseq. scriptum fuisse 'Germanorum Romani', ut haec verba ad insidias a Germanis Lollio instructas pertineant, quas Dio commemorat, manifestum est. Neque enim mea quidem sententia Dio insidias a Lollio positas silentio praeterisset, cum neque gravissimorum (Jul. Obseq.: graviter vexati) proeliorum mentionem facere neglegat et Romanorum rebus faveat. Huc accedit, quod nullus auctor victoriam, sed omnes cladem Lollianam memoriae tradunt. (Tac. ann. I 10; Suet. Aug. 23.)

Scholiastae verba: 'Quia antea centuriones Romanos, qui ad stipendia missi erant, tentos crucibus defixere' et haec Flori (II 30): 'Cheruscos Suebosque et Sicambros.... ..... qui viginti centurionibus in crucem actis hoc velut sacramento sumpserant bellum' quin ad eandem rem referenda sint, dubitari non potest. Neque enim a Germanis semel atque iterum illis temporibus centuriones solos in crucibus suffixos esse verisimile est. Jam ex Flori verbis:

'qui viginti centurionibus in crucem actis hoc velut sacramento sumpserant bellum' cognoscitur caedem centurionum illam cum clade Lolliana cohaerere. Nam verbis 'sumpserant bellum' significatur Germanos, cum centuriones necarent, totum bellum a Druso sibi illatum excitasse. Drusi autem bella Germanorum clade Lolliana mota esse ex eo cognoscitur, quod Augustus hac clade urbe exstractus (Dio LIV 20; Vell. l. c.), etsi bellum nullum gerendum habuit, reliquis rebus constituendis tres fere annos in Gallia absumpsit (Dio LIV 21), nec prius Romam Druso in Germania relicto rediit, quam omnes res Gallicas et Germanicas et Hispanicas confecit (Dio LIV 25). Nam Augustum, cum intellexisset, quanta pericula Romanis a Germanis impenderent, tum tres circiter annos in Gallia maxime ideirco versatum esse, ut belli Germanici magni apparatum instrueret perspicuum est. —

H. Schiller (Gesch. der röm. Kaiserzeit, Gotha 1883 p. 214) 'Im Jahre 738/16 hatten einige Stämme an der Lippe, Sugambern, Usipeter und Tencterer die römischen Händler beraubt und gekreuzigt' et Th. Mommsen (Röm. Gesch. V. Bd. cap. I pag. 23): 'Sie (Sugambrer, Usipier, Tencterer) griffen die bei ihnen verweilenden römischen Händler auf und schlugen sie an's Kreuz, überschritten dann den Rhein'... dicunt anno 738/16 a Germanis Romanos, qui commercii causa in Germania versarentur, necatos esse. Sed Romanos commercii causa Germaniam ipsam ingressos anno 729/25 a Germanis interfectos esse Dio auctor est. (l. LIII 26). Quo facto M. Vinucius permotus erat, ut vi et armis Germanos pro civium Romanorum nece ulcisceretur. Sed ad annum 738/16 Dio haec prodit: ἐν τῇ σφετέρᾳ τινὰς αὐτῶν συλλαβόντες ἀνεσταύρωσαν. Ille enim veritus, ne gloriam Romanorum militarem imminueret, viginti centuriones occisos silentio videtur praeterisse verbis suspensis et obscuris τινὰς αὐτῶν consulto usus. Verbo igitur Dionis τινας centuriones illi continentur.

Dicet aliquis Florum prodere a Cheruscis Suebisque et Sygambris centuriones illos in crucem actos esse, cum Dio

narret a Sygambris, Usipetibus, Tencteris facinus illud commissum esse. Ego Flori epitomatoris res confuse et obscure contrahentis haec verba: 'qui vigenti centurionibus in crucem actis hoc velut sacramento sumpserant bellum' ad Sygrambros solos pertinere contendo. Nam Strabo ipse quoque bellum ab Augusto Germanis illatum a Sygambris solis inchoatum esse auctor est. (geogr. VII 1, 4: ἤρξαντο δὲ τοῦ πολέμου Σούγαμβροι....)

Quodni quis sententiam meam comprobaverit, eum Dedericho, cum universa Flori verba haec: '(Drusus) inde validissimas nationes Cheruscos Suebosque et Sicambros pariter adgressus est, qui vigenti centurionibus in crucem actis hoc velut sacramento sumpserant bellum, adeo certa victoriae spe, ut praedam ante pactione diviserint. Cherusci equos, Suebi aurum et argentum, Sicambri captivos elegerant; sed omnia retrorsum, victorque namque Drusus equos, pecora, torques eorum ipsosque praedam divisit et vendidit' ad secundum Drusi bellum spectare censeat, assentiri oportet. Dederich (Die Feldzüge des Drusus und Tiberius in das nordwestliche Germanien. Köln und Neuss 1869) haec dicit: 'Auf dem Rückzuge in Freundesland erlitt Drusus durch die Nachstellungen der Feinde grosse Verluste und gerieth in einen gefährlichen Hinterhalt. Zwanzig römische Hauptleute wurden von den Germanen gefangen und verbrannt (concrematis?) und bei diesem entsetzlichen Opfer die heiligsten Eide der Rache geschworen'.... (pag. 55). Nec vero probanda est sententia Mommseni, cum universa illa Flori verba ad primum Drusi bellum referenda esse arbitretur. 'Die Sugambrer und ihre Verbündeten griffen wieder alle Römer auf, deren sie auf ihrem Ufer habhaft werden konnten, und schlugen die Centuriones darunter, ihrer zwanzig an der Zahl, an's Kreuz. Die verbündeten Stämme beschlossen abermals in Gallien einzufallen und theilten auch die Beute im Voraus — die Sugambrer sollten die Leute, die Cherusker die Pferde, die suebischen Stämme das Gold und Silber erhalten.' Nam si Germani anno 742/12 cives Romanos in cruces fixissent, Dio, quoniam Romanorum

erat, hoc Germanorum facinus non minus prodidisset, quam illa annorum 729/25 (LIII 26) et 738/16 (LIV 20).

Flori autem verba 'sumpserant bellum' ad cladem Lollianam pertinere supra demonstravimus. Praeterea verba Flori: 'adeo certa victoriae, ut praedam ante pactione diviserint. Cherusci equos, Suebi aurum et argentum, Sicambri captivos elegerant; sed omnia retrorsum' ad tantum periculum, in quanto Drusus apud Arbalonem secundo bello fuerit, spectare apertum est.

Accedit, quod a Druso primo bello in Cheruscos Suebosque impetum factum esse nullus auctor memoriae tradit, cum Dio ab illo Usipetibus, Sygambris, Frisiis, Chaucis bellum illatum (LIV 32) et Strabo Bructeros pugna navali victos esse prodant. (geogr. VII 1, 3: ἐν τῷ Ἀμασίᾳ Δροῦσος Βρουκτέρους κατεναυμάχησεν). Primo igitur bello Usipetes Sygambrorum socii erant. Quin Tencteri, quoniam Sygamborum et Usipetum amicissimi semper fuerint, in illorum sociis (Συγάμβρων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν Dio l. c.) numerandi sint, non est dubium. Quoniam Usipetes et Tencteri iam anno 738/16 socii Sygambrorum fuerant (Dio LIV 20: Σύγαμβροί τε γὰρ Οὐσιπέται καὶ Τέγκτηροι), Dio nomina illorum iterare supersedet. Sed Cheruscos usque ad id tempus nondum a se commemoratos pro claritate eorum certe nominasset. Denique dubitari non potest, quin verba Flori haec: 'Victor namque Drusus equos pecora torques eorum (Cheruscorum, Sueborum, Sygambrorum) ipsosque praedam divisit et vendidit' ad secundum bellum pertineant. Nam primo bello Drusus tantum agros Usipetum et Sygambrorum vastavit (Dio LIV 32), tertio bello cum Chattis maxime dimicavit (Dio LIV 36), quarto bello ille, cum diem supremum obierit, priusquam Rhenum attingeret (Dio LV 1), id agere non potuit, ut captivos et praedam venderet. Quoniam verba Flori haec: 'Victor namque Drusus equos pecora torques eorem ipsosque praedam divisit et vendidit' ad secundum bellum spectant, verisimile est haec quoque Flori: 'inde validissimas nationes Cheruscos Suebosque et Sicambros pariter adgressus est.... adeo certa victoriae spe, ut

praedam ante pactione diviserint. Cherusci equos, Suebi aurum et argentum, Sicambri captivos elegerant' quia cum illis verbis cohaereant, ad idem bellum pertinere. Flori verba haec: 'qui vigenti centurionibus in crucem actis hoc velut sacramento sumpserant bellum' et ad Sygambros solos non ad Cheruscos Suebosve et ad Romanorum caedem ante cladem Lollianam effectam (Dio LIV 20) referenda esse contendo. Quod Florus epitomator res breviter complectens Usipetes et Tencteros praeterit atque relinquit, cogitandum est Sygambros principatum foederis cum illis icti obtinuisse (Dio l. c.: τῶν γὰρ Συγάμβρων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν). Reliqua autem Flori verba, quae supra commemoravimus, ad impetum apud Arbalonem secundo Drusi bello factum pertinere infra demonstrabimus. Itaque Florus duas res illas, cum ad duos pertineant annos, in unum annum falso contulit.

Nunc quam ob rem centuriones missi sint, quaestio est. — Ad stipendia! (Schol. ad Hor. l. c.: 'Quia antea centuriones Romanos, qui ad stipendia missi erant, tentos crucibus defixere' sc. Sygambri.) Quod verbum in Germanicum sermonem hoc modo vertimus: 'Steuer, Tribut.' Nam Lollius 'homo in omnia pecuniae quam recte faciendi cupidior' (Vell. l. c.) videtur suspicatus esse Germanos, cum ex anno 735/19 incursiones in Galliam facere destitissent, cladibus a Romanis acceptis tam afflictos esse, ut facile stipendiarii populo Romano fieri possent. Itaque anno 738/16 viginti centuriones, ut tributa poscerent, in Germaniam praemisit, cum ipse eos paulatim cum exercitu spatio magno interiecto sequeretur. (Watterich l. c. haec dicit: 'Es hatten sich römische Hauptleute, wahrscheinlich in der Absicht, um Germanen für den Kriegsdienst zu werben, bei den Verbündeten zu thun gemacht.')

Caput II.

De Drusi bellis.

Augustus Drusum privignum non minus propinquitate, qua cum eo coniunctus erat, quam virtute militari eius commotus bello cum Germanis gerendo praefecerat[1]).

De Drusi ingenio ac moribus haec Suetonii afferamus: 'Fuisse autem creditur non minus gloriosi quam civilis animi; nam ex hoste super victorias opima quoque spolia captasse summoque saepius discrimine duces Germanorum tota acie insectatus; nec dissimulasse umquam pristinum se rei p. statum, quandoque posset, restituturum' (Claud. 1).

Quanto amore Augustus Drusum privignum amplexus sit, ex his Suetonii verbis cognoscitur: ..... 'cum Augustus tanto opere et vivum dilexerit, ut coheredem semper filiis institueret, sicut quondam in senatu professus est, et defunctum ita pro concione laudaverit, ut deos precatus sit, similes ei Caesares suos facerent, sibique tam honestum quandoque exitum darent, quam illi dedissent. Nec contentus elogium tumulo eius versibus a se compositis insculpsisse, etiam vitae memoriam prosa oratione composuit'. (Claud. 1).

[1]) Mommsen (Die germ. Politik des Augustus) haec dicit: '..... seine beiden Stiefsöhne Tiberius und Drusus waren fähige und bewährte Führer und standen dem kaiserlichen Hause nahe genug, um auch in einem Staate, in dem politische Gründe es verboten ein grosses Commando einem anderen als einem Prinzen anzuvertrauen, Verwendung zu finden..... Den anderen Theil dieser Unternehmung führte zunächst Drusus, der Liebling des Augustus wie des römischen Volkes, ein glänzender und tüchtiger Officier...

§ 1.

De primo Drusi bello.

Dio (LIV 32) haec fere memoriae tradit. (Anno 742/12) Sygambri et socii eorum — qui, ut supra demonstravimus, Usipetes et Tencteri erant — quod videbant et Augustum discessisse et a Gallis tumultum praeberi bellum renovaverunt. Quem tumultum Drusus primoribus Gallorum per speciem diei festi ad urbem Lugdunum vocatis composuit. Quo facto Germanos tempus observans atque aucupans, cum Rhenum transirent, repulit. Neque vero Drusus bellandi finem fecit, sed per ipsam insulam Batavorum pervadens in fines Usipetum et inde in Sygambros incursiones fecit. Agris Sygambrorum vastatis Germaniam mari petere maturavit. Atque secundo Rheno in Oceanum devectus Frisios in potestatem populi Romani redegit. Quibus cum modicum tributum coria boum pendendi pro angustia rerum imperasset (Tac. ann. IV 72), effecit, ut illi socii Romanorum ad expeditionem militia pedestri se adiungerent. (Dio l. c.)

Et Drusus διὰ τῆς λίμνης in Chaucorum fines invadens navibus propter recessum maris in sicco destitutis in magno periculo versatus Frisiorum opera servatus est. Cum hiems venisset, Drusus belli finem fecit. Romam reversus aedilis creatus est.

Ac ne illa neglegenda sunt, quae Livii epitomator prodit: 'Civitates Germaniae cis Rhenum et trans Rhenum positae oppugnantur a Druso et tumultus, qui ob censum exortus in Gallia erat, compositus; ara Caesari ad confluentem Araris et Rhodani dedicta' (ep. 137).

Dionem cum Livii epitomatore consentire contendo. Nam Dio ipse quoque tumultum Gallorum, cuius Livii epitomator mentionem facit, si non directo, at circuitione quadam exponit. (Dio l. c.: διὰ τὸ τοὺς Γαλάτας μὴ ἐθελοδουλεῖν..... .....τότε ὑπήκοον προκατέλαβε).

Quod Dio civitates Germaniae cis Rhenum positas (Liv. ep. l. c.) silentio praeterit, ille hoc loco Germanos cisrhenanos in Gallorum numerum referre videtur (διὰ τὸ τοὺς

Γαλάτας μὴ ἐθελοδουλεῖν..... τότε ὑπήκοον προκατέλαβε.. καὶ τοὺς Κελτοὺς τηρήσας τὸν Ῥῆνον διαβαίνοντας ἀνέκοψεν) cfr. etiam haec: καὶ Γαλάται πάντες, οἵτε Ναρβωνήσιοι καὶ οἱ Λουγδουνήσιοι, Ἀκυϊτανοί τε καὶ Κελτικοὶ..... (Dio LIII 12).

Iam adnotandum est Dionem quamquam expeditionem a Druso mari susceptam memoriae prodit, neque aggeris Tac. ann. XIII 53: a Druso aggerem coercendo Rhenum absolvit) neque molis (Tac. hist. V 19 quin et diruit molem a Druso Germanico factam) neque fossarum Drusinarum (Suet. Claud. 1: Drusus..... oceanum septentrionalem navigavit, transque Rhenum fossas novi et immensi operis effecit, quae nunc adhuc Drusinae vocantur...) mentionem facere, sed scribere: ἔς τε τὸν ὠκεανὸν διὰ τοῦ Ῥήνου καταπλεύσας (Dio LIV 32)[1])

Neque vero dubium est, quin Dionis auctor, quem cum Livio concinentem eoque certum cognovimus, accuratius de fossis disseruerit, sed Dio eas, cum ex Rheno ductae essent, res breviter complexus verbis: διὰ τοῦ Ῥήνου καταπλεύσας satis dilucide se designasse videtur arbitratus esse.

[1]) De situ aggeris et molis et fossarum Dederich haec dicit: 'Ich habe die Ansicht gewonnen, dass Drusus zuerst eine moles in den Rhein gebaut habe und dass dann ein agger als Fortsetzung der moles weiter geführt worden sei. Er legte da, wo der Rhein sich von der Waal schied, eine moles in die Waal und liess die ganze Wassermasse der durch dieses ungeheure Werk abgeleiteten Waal in dem Rheinbette fortströmen. Das Bett des so durch die Waal verstärkten Rheines bedurfte nunmehr auf dem linken Ufer, nach welchem sich die ganze Wassermasse hindrängte, der Schutzmassregeln gegen einen gewaltsamen Durchbruch, es bedurfte der Erhöhung und Befestigung durch einen Erdwall, dessen Anlage Drusus in dem agger als Fortsetzung der moles bewerkstelligte' l. c p. 9—10. ..... (de fossis) 'es war zunächst eine Verbindung des Rheins mit der alten Yssel erforderlich, und diese hergestellte Verbindung vom jetzigen Westervoort bis Däsburg ist die eigentliche Fossa Drusiana, wie sie Tacitus (ann. II 8: Iamque classis advenerat, cum praemisso commeatu et distributis in legiones ac socios navibus fossam, cui Drusianae nomen, ingressus precatusque Drusum patrem.....) nennt. Dann ging von Doesburg an bis zum Meere die Yssel durch Seen, kleinere und grössere, und um durch diese hindurch sich einen für eine Flotte schiffbaren Weg bis in's Meer zu bahnen, waren da ebenfalls Vertiefungen der Yssel und verschiedene Durchgrabungen aus einem See in den andern und in den Flevussee und aus diesem ein Durchstich (der j. Fliestrom) in die Nordsee nöthig geworden: welche Gräben allesammt Suetonius Fossae Drusinae nennt' (l. c. p. 14—15.)

De situ lacus (Dio l. c. καὶ ἐς τὴν Χαυκίδα διὰ τῆς λίμνης ἐμβαλών...), in quo Drusus navibus propter recessum maris in sicco destitutis in periculo versatus est, Dederich Ledeburo haec dicenti assentitur: 'Ich möchte mich am liebsten für die Leda oder Sater-Ems erklären, die bei Leer mit der Ems sich vereinigt, von Meergründen eingeschlossen bis in das Land der Chauken schiffbar und noch bis auf den heutigen Tag bis zum Saterland fahrbar und den Einwirkungen der Ebbe und Fluth ausgesetzt ist.'[1])

Cogitanti mihi diu et saepenumero verbo: λίμνη nihil aliud nisi aestuarium sive fretum, quod altera parte Germaniae ora maritima, altera insulis illis a terra continenti abscissis (Plin. N. H. IV, 97: Tres et viginti inde insulae Romanorum armis cognitae, earum nobilissimae Burcana...). (Strabo, geogr. VII: ἀλλὰ καὶ τὰς ἐν τῷ παράπλῳ νήσους ὧν ἐστι καὶ Βορχανίς, ἣν ἐκ πολιορκίας εἷλε) efficiebatur, significari videtur.

Pugnam navalem a Druso in Amasia cum Bructeris commissam, cuius Strabo mentionem faciat, levissimam fuisse inde patet, quod Dio eam silentio praeterit. (Strabo, geogr. VII: ἐν τῷ Ἀμασίᾳ Δροῦσος Βρουκτέρους κατεναύμαχησεν.)

§ 2.
De secundo Drusi bello.

Dio LIV 33. Vere anni 743/11 ineunte Drusus Rhenum transiit. Usipetibus subiectis in Sygambrorum fines ponte

[1]) Bartels (Drusus, Tiberius und Germanicus an der Niederems; Jahrb. der Emdener Ges. f. bild. Kunst) haec dicit: 'Mir scheint Ottemas Ansicht die grösste Wahrscheinlichkeit für sich zu haben, zufolge welcher.....4) führte ein von der Vechte aus Sloten gegenüber in das jetzige Friesland hineingezogener Canal auf das Slotenmeer zu, und von diesem aus muss es in alter Zeit nicht allzu schwer gewesen sein, noch zwei weitere Binnenseen zu erreichen, von denen der eine noch tief ins Mittelalter hinein unter dem Namen »Middelsee« als beträchtliche schiffbare Wasserfläche zwischen Ostergo und Westergo vorhanden war, welche der Einfahrt zwischen den heutigen Inseln Ameland und Schiermonnikoog gegenüber mit dem Laubach zusammenfliessend ins Watt ausmündete. Mit vieler Wahrscheinlichkeit lässt sich dieser Middelsee auf den von Dio Cassius genannten Binnensee beziehen und zugleich auf den bei Ptolemäus aufgeführten Hafen oder See Manarmanis'.

in Lupia flumine facto invasit, perque horum terram nullo resistente, cum Sygambri Chattis, quod soli finitimorum auxilio mittere noluerant, totius populi viribus bellum inferrent, in fines Cheruscorum usque ad Visurgim pervenit.

Quod ad flumen Drusus castra posuit (Flor. l. c.: praesidia atque custodias.... disposuit... per Visurgim), sed id tum non traiecit, cum et res frumentaria eum deficere coepisset et hiems appropinquaret et examen apium visum esset. — Examen enim apium in tabernaculo Hostilii Rufi praefecti castrorum consedit ita ut funem praetendentem praefixamque tentorio lanceam amplecteretur. (Jul. Obseq. de prodigiis I 132). — Atque Drusus in amicorum terram rediens in summum incidit periculum.

Cui hostes cum insidiis frequenter paratis magnum detrimentum attulerunt, tum cum semel loco angusto et concavo — apud Arbalonem sito (Plin. H. N. XI 17, 55: (Apes) sedere in castris Drusi imperatoris, cum prosperrime pugnatum apud Arbalonem est, haud quaquam perpetua haruspicum coniectura, qui dirum id ostentum existimant semper) — circumeluserunt. Neque procul afuit, quin Drusus toto cum exercitu periret. Sed temeritate Germanorum, cum victoriam animis praecipientes in eum sine ordine ullo impetum facerent, periculo liberatus ex hostibus inordinatis tantam victoriam adeptus est, ut ex eo tempore Germani Romanos eminus tantum adoriri auderent.

Quos hostes contemnens Drusus castella alterum ad Lupiae et Alisonis fluviorum confluentes, alterum ad ipsum Rhenum in Chattis exstruxit.

Quas ob res ovandi ius et triumphalia ornamenta et praetura peracta proconsulare imperium percepit. Sed imperatoris nomen, quo Drusus a militibus honoratus est, Augustus ipse sibi asseruit. — Haec fere Dio memoriae tradit. Livii epitomatoris verba, quae ad secundam Drusi expeditionem spectant, haec sunt: .....'item Cherusci, Tencteri, Chatti aliaeque Germanorum trans Rhenum gentes subactae a Druso referuntur' (epit. 138).

Ad secundum Drusi bellum haec Flori verba: (Drusus) 'inde validissimas nationes Cheruscos Suebosque et Sicambros pariter adgressus est..... adeo certa victoriae spe, ut praedam ante pactione diviserint. Cherusci equos, Suebi aurum et argentum, Sicambri captivos elegerant; sed omnia retrorsum. Victor namque Drusus equos pecora torques eorum ipsosque praedam divisit et vendidit' pertinent. Quae verba ad primum Drusi bellum non spectant, supra demonstravimus. Dicet fortasse quispiam, quoniam Dio quarto quoque bello a Druso cum Cheruscis dimicatum esse prodit (....πρός τε τὴν Χερουσκίαν μετέστη.... (Dio LV 1), verba illa Flori ad quartum bellum referenda esse. Ego verba illa ad quartum bellum pertinere nego. Nam cum Drusus quarto bello, priusquam Rhenum attingeret, in Germania ipsa moreretur, tum praedae vendendae nulla occasio fuit. Flor. l. c.: ...'Drusus equos pecora torques eorum (Cheruscorum Sueborum Sicambrorum) ipsosque.... vendidit'. Huc accedit, quod Dio ut secundo Drusi bello Sygambros nominat, ita quarto bello eos non commemorat. Praeterea verbis Flori: 'adeo certa victoriae spe, ut praedam ante pactione diviserint' significatur Germanos tanta spe victoriae elatos fuisse, quasi Drusum iam cepissent et uno velut ictu conciderent (Dio LIV 33), id quod apud Arbalonem secundo Drusi bello acciderat. Iam porro Chattos etiam nomine Sueborum apud Florum contineri constat[1]), etiamsi ei ne Chattorum quidem nomen ignotum sit. (Flor. ed. O. Jahn. II 30: percurrit et Chattos). An l. l. pro Chattis Chauci rectius legitur? Atque Chattos secundo Drusi bello arma etiam contra Romanos tulisse probabo. Fortasse dices illos secundo bello a Romanis

[1]) Zeuss, die Deutschen und die Nachbarstämme, p. 94: 'Dass der Name (Suebi) hier (b. gall. VI 10) die Völker, die bald unter den Einzelnamen Chatti uud Hermunduri bekannt werden, umfasst, unterliegt keinem Zweifel; der alte Gesammtname hat sich noch durch längere Zeit erhalten. Sie stehen unter derselben Benennung, wie dem Caesar, dem Drusus entgegen (Florus 4, 12). In Dio's Berichten über die Züge des Drusus erscheint schon der Name Chatten, und der Name Suebia zurückweichend als Bezeichnung des Landes der Hermunduren (Dio LV 1)'.

stetisse inde intellegitur, quod soli finitimorum Sygambris hostibus Romanorum auxilia negaverant.

Et recte. Sed Chattos per totum secundum Drusi bellum Romanorum fuisse nego. Neque enim quaerentem, quorsum Sygambrorum expeditio contra Chattos suscepta evaserit, fugere potest illos non prius bellare destitisse, quam efficerent, ut Chatti auxilia mitterent. Neque vero Sygambros ex bello Chattorum inferiores discessisse inde intellegi potest, quod illi in summa apud Germanos potestate et auctoritate permanebant. (Dio LIV 36..... τῶν Χάττων, πρὸς γὰρ τοὺς Συγάμβρους μετέστησαν). Neque igitur infecta re Sygambri domos reverterunt. Atque equidem conicio Chattos in duas partes esse divisos, quarum altera, quae Germanorum esset studiosa, armis Sygambrorum adiuta tum rerum potita sit. Huc accedit, quod Dio memoriae tradat bello secundo confecto a Druso Germanos contemnente castellum in Chattis exstructum esse. Quod castellum Drusus certe ad Chattos puniendos posuit.

Nihil igitur obstat, quominus coniciatur Chattos secundo Drusi bello in Sygambrorum partes transeuntes adversus Romanos pugnasse. Praeterea per Dionem, cum Germanis impetum illum in Drusum in amicorum terram redeuntem facientibus voce nimis ampla nomen: πολέμιοι det, Chattos in hostium Drusi numero haberi licet.

Satis demonstrasse videor verba illa Flori ad secundum Drusi bellum pertinere. Quae cum ita sint, quin verba illa ad impetum in Drusum in amicorum terram redeuntem factum referenda sint, quis dubitat?

Deinceps dicatur de specie mulieris Germanicae, quam Suetonius[1]) ante Drusi consulatum certe in secundo bello,

[1]) Claud. 1: 'Is Drusus in quaesturae praeturaeque honore dux Raetici, deinde Germanici belli, oceanum septentrionalem primus Romanorum ducum navigavit; transque Rhenum fossas novi et immensi operis effecit, quae nunc adhuc Drusinae vocantur; hostem etiam frequenter caesum ac penitus in intimas solitudines actum non prius destitit insequi, quam species barbarae mulieris humana amplior victorem tendere ultra sermone latino prohibuisset. Quas ob res ovandi ius et triumphalia ornamenta percepit, ac post praeturam confestim inito consulatu atque expeditione repetita supremum diem morbo obiit in aestivis castris, quae ex eo Scelerata sunt appellata.'

Dio in quarto bello ante ipsam Drusi mortem ponit. (LV 1: ....ὁ Δροῦσος... ὑπάτευσε... ἦλασε μέχρι τοῦ Ἀλβίου.....ἀλλὰ ἀνεχώρησεν. γυνὴ γάρ τις μείζων ἢ κατὰ ἀνθρώπου φύσιν ἀπαντήσασα αὐτῷ.....ὑποστρέψαντος αὐτοῦ... πρὶν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἐλθεῖν τελευτήσαντος.)

Abraham, zur Geschichte der germanischen und pannonischen Kriege unter Augustus (Jahresbericht über die Sophien-Realschule, Berlin 1875), Suetonium Dioni antefert, haec dicens: 'Es fragt sich nun: wer hat recht, Sueton oder Dio? Ich glaube, man muss sich für Sueton entscheiden, denn dann gewinnt das wunderbare und sonst schwer zu erklärende Factum einen ganz natürlichen und verständlichen Zusammenhang. Im Jahre 743 nämlich wurde Drusus auf dem Rückwege von den Deutschen bei Arbalo eingeschlossen und gerieth in die äusserste Gefahr..... Dass die deutsche Frau diese bevorstehenden Gefahren.... die aus einem Bündniss mehrerer Völker hervorgingen, dem römischen Feldherrn voraussagen konnte, ist klar und ebenso leicht zu erklären, wie in der volksthümlichen Ueberlieferung und bei mehr auf Effekt als auf Genauigkeit sehenden Schriftstellern das Ereigniss von der Weser an die Elbe, aus dem Jahre 743 in das Jahr 745 der Stadt verlegt wurde. Einmal nämlich liebt das Wunderbare den Reiz der nur halb bekannten in unsicheren Umrissen verschwindenden Ferne, und diesen Charakter verlor die Weser für die Römer sehr bald, während die Elbe ihn immer bewahrte; dann aber war die Prophezeiung im Jahre 743 nicht eingetroffen, während der Tod des Drusus im kräftigsten Mannesalter.... nur 2 Jahre später eine gewaltige Erfüllung darbot.'

Quibus verbis nihil demonstratur. Sed certe haec Abrahami sententia fieri potuisse, ut mulier illa secundo Drusi bello pericula Romanis ex foedere Germanorum imminentia praediceret, reicienda est. Nam vix credendum est mulierem Germanicam hosti patriae pericula illa praenuntiaturam fuisse eo consilio, ut vates haberetur. Qua enim alia de causa mulierem illam vaticinatam esse putas?

Neque tum opus erat Drusum deterrere, quominus longius progrederetur, ne aut agri trans Visurgim siti vastarentur aut Germani coniurati discordia dissensioneque aliave re permoti discederent. Nam hieme appropinquante et re frumentaria deficiente (Dio LIV 33: καὶ διέβη ἂν καὶ τὸν Οὐίσουργον, εἰ μὴ τῶν τε ἐπιτηδείων ἐσπάνισε καὶ ὁ χειμὼν ἐνέστη....), Druso domum redeundum esse ne hostes quidem fugere poterat. Praeterea Germani illi victoriam praecipientes omni studio in bello incumbebant (Flor. l. c.: adeo certa victoriae spe, ut praedam ante pactione diviserint...). Patriam autem consulto a muliere illa proditam esse nemo non negabit, qui haec Orosii verba perlegerit: '(Drusus) Cheruscos Suebos et Sygambros pariter uno bello sed etiam suis aspero superavit, quorum ex eo considerari virtus ac feritas potest, quod mulieres quoque eorum, siquando praeventu Romanorum inter plaustra sua concludebantur, deficientibus telis vel qualibet re, qua velut telo uti furor possit, parvos filios conlisos humi in hostium ora iaciebant in singulis filiorum necibus bis parricidae.' (O. VI 21.)

Qua in re illud praetereo Drusum, si de periculis certior factus esset, ad eam temeritatem processurum fuisse, ut monitum mulieris illius neglegeret. Neque enim multum afuit, quin Drusus rediens toto cum exercitu periret. Nihil igitur est, quod Abrahamum secuti Suetonium Dioni auctori gravissimo praeponamus.

Iam illud quidem perspicuum est speciem mulieris barbarae fabulam finxisse. Nulla enim alia re Drusum, virum fortissimum et quo nemo tum populo Romano carior erat (Suet. l. l.), nisi vi humana maiore impeditum esse, quominus id, quod constituisset, efficeret, Romanis persuasum erat. Qua in re Germaniae mulierum ferocitas, cuius Orosius l. c. mentionem facit, humana specie induta videtur esse.

Fabulae autem fictae certa temporum ratione primo carere solent. Itaque mea quidem sententia fit, ut Suetonius a Dione tempore speciei illius dissentiat. Quam ille quidem sive potius auctor eius in secundo bello, cui maiorem

vim tribuit, ponit, cum Dio vel is, quem sequitur, speciem tragico more ad ipsam mortem Drusi referat.

§ 3.

De tertio Drusi bello.

De tertio Drusi bello Dio LIV 36 haec fere prodit. Germani cum alii tum Chatti (τῶν Χάττων, πρὸς γὰρ τοὺς Συγάμβρους μετέστησαν καὶ τῆς χώρας αὐτῶν, ἣν οἰκεῖν παρὰ τῶν Ῥωμαίων εἰλήφεσαν, ἐξανέστησαν) a Druso aut damnis affecti aut subacti sunt. Livii epitomatorem haec memoriae tradentem: 'Bellum adversus Transrhenanas gentes a Druso gestum refertur, in quo inter primores pugnaverunt Senectius et Anectius tribuni ex civitate Nerviorum' (epit. 139), a Dione non dissidere, quoniam Chatti in Transrhenanarum gentium numero habentur, perspicuum est.

Schiller l. c. p. 218 putat, anno 742/12 agros a Romanis Chattis assignatos esse haec dicens: 'letztere (sc. Chatten) waren von den ersteren (sc. Sugambern) überfallen worden, weil sie sich bereits so weit mit der römischen Herrschaft ausgesöhnt hatten, dass sie sich von Drusus Land hatten schenken lassen'.

Sed Mommsen censet anno 743/11 bello secundo confecto totam Sygambrorum terram Chattis assignatam esse his verbis: 'Sie (die Unterwerfung des Binnenlandes) wurde wesentlich erleichtert durch den Zwist unter den mittelrheinischen Germanen. Zu dem im Jahre vorher versuchten Angriff auf Gallien hatten die Chatten den versprochenen Zuzug nicht gestellt; in begreiflichem, aber noch viel mehr unpolitischem Zorne hatten die Sugambrer mit gesammter Hand das Chattenland überfallen, und so wurde ihr eigenes Gebiet sowie das ihrer nächsten Nachbaren am Rhein ohne Schwierigkeit von den Römern besetzt. Die Chatten unterwarfen sich dann den Feindeu ihrer Feinde ohne Gegenwehr; nichts desto weniger wurden sie angewiesen, das Rheinufer zu räumen und dafür dasjenige Gebiet zu besetzen, das bis dahin die Sugambrer inne gehabt hatten.....

Im nächsten Jahr 744/10 standen die Chatten auf, erbittert über den Verlust ihrer alten schönen Heimstatt...'

Atque Mommseni sententia propius ad Dionis verba accedere videtur. Neque vero Mommsenio dicenti: 'Zu dem im Jahre vorher versuchten Angriff.... hatten die Chatten den versprochenen Zuzug nicht gestellt' assentimur, cum neque verba Flori haec: ....'Cheruscos Suebosque et Sicambros pariter adgressus est.....' ad primum Drusi bellum, ut supra demonstravimus, pertineant, neque Dio memoriae tradat a Chattis auxilium Sygambris tum promissum fuisse. Praeterea Mommseni sententiam Chattos in Romanos signa non intulisse (Die Chatten unterwarfen sich dann den Feinden ihrer Feinde ohne Gegenwehr) non sequimur, cum supra demonstraverimus illos incursioni apud Arbalonem factae interfuisse.

Neque verisimile est, nisi Chatti secundo bello contra Romanos armis contendissent, futurum fuisse, ut a Druso patria privarentur, praesertim cum ei gratum fecissent, quod bello secundo ineunte se non coniunxissent cum Sygambris, natione Romanis infestissima.

Dederich l. c. verba Flori haec: ...'(percurrit et Chattos) nam Marcomanorum spoliis et insignibus quendam editum tumulum in tropaei modum excoluit' ad tertium Drusi bellum pertinere censet. Dicit enim haec: 'Also auch die Marcomanen hat Drusus auf dem dritten Feldzuge besiegt.... Hoeck (Röm. Gesch. II p. 24) versetzt die Marcomanen in den vierten Feldzug. Allein dagegen scheint die Partikel nam bei Florus zu sprechen, welche ellyptisch zu erklären ist durch die Ergänzung: 'Auch andere Nationen bekriegte er, z. B. insbesondere die Marcomanen, denn mit deren Spolien.....' Dio, ut hoc addam, Marcomanis etiam tum, cum Tiberius anno 759/6 p. Chr. bellum cum Maroboduo initum composuit, aliud nomen nisi Κελτοί non dat. (LV 29 .....Τιβέριος ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς..... ἐστράτευσε..... 30 ....Τιβέριος.... ἐκ τῆς Κελτικῆς ἀνέστρεψε...).

§ 4.
De quarto Drusi bello.

Dio LV 1. Drusus anno 745/9, quo consulatum gerebat, quamquam multa omina infausta acciderunt, deterreri non potuit, quominus Germanos adoriretur. Ac primum copiis in Chattorum fines introductis hostes, qui ei se obiciebant, non sine magno damno suo superans usque ad Suebos progressus est. Atque inde itinere in Cheruscos flexo Visurgim transgressus usque ad Albim omnia ferro ignique vastans processit. Cui, ut hoc flumen transiret, non contigit. Mulier enim humana amplior eum longius progredi prohibuit clamitans: Quo tendis? Druse insatiabilis! Haec omnia conspicere tibi non fatum est. Revertere; fines vitae tuae adsunt.

Qua de causa Drusus pedem retulit, sed priusquam Rhenum attingeret, morbo — ex fractura equo super crus eius collapso tricesimo die, quam id acciderat, anum tricesimum agens (Liv. epit. 140) — in castris aestivis mortuus est. Cum in eo erat, ut Drusus moreretur et lupi circum castra ululabant et iuvenes duo per medias castrorum fossas perequitantes apparebant et ciulatus muliebris audiebatur et stellae discurrebant. Sed Augustus Ticini — Ticini, quo victor (sc. Tiberius) hostium ad complectendos parentes venerat, gravi illum (sc. Drusum) et periculosa valetudine in Germania fluctuare cognosset (Valer. Maximus l. V 5.) — de morbi gravitate Drusi certior factus statim Tiberium in Germaniam misit, qui fratrem tum spirantem reperit. Drusi brevi post mortui corpus Tiberius centurionibus et tribunis militum portantibus ad hiberna inde primoribus singularum in itinere urbium ferentibus Romam pervexit[1]).

[1]) Liv. epit. 140: 'Corpus a Nerone fratre, qui nuntio valetudinis evocatus raptim accurrerat, Romam pervectum et in C. Julii tumulo conditum'.

Suet. Claud. 1: 'Corpus eius per municipiorum coloniarumque primores suscipientibus obviis scribarum decuriis ad urbem devectum sepultumque est in campo Martio'.

Tac. ann. III 5: 'Fuere, qui publici funeris pompam requirerent, comparentque, quae in Drusum patrem Germanici honora et magnifica

Videamus usque ad quod flumen Drusus quarto bello progressus sit.

Dio eum ad albim Strabo ad Salam pervenisse memoriae tradunt.

Recte enim Abraham (l. c.) Strabonis verba (VII p. 291): ἔστι δέ καὶ Σάλας ποταμός, οὗ μεταξὺ καὶ τοῦ Ῥήνου πολεμῶν καὶ κατορθῶν Δροῦσος ἐτελεύτησεν in Germanicum transfert: 'zwischen der (sc. Saale) und dem Rhein Drusus eben Krieg führte.... als er starb.' [1])

Sed nostra quidem sententia auctores verbis discrepant, re concinunt. Nam certe haec et Strabo et Dionis auctor dicere volunt, Drusum usque ad id magnum flumen, quod ultra Visurgim in Germania proximum esset, processisse. Drusus autem Magontiaco profectus (Dio LV 1: ἔς τε τὴν τῶν Χάττων ἐσέβαλε) ad Salam videtur pervenisse. Nam quia nihil est, cur ex Dionis verbis: πρός τε τὴν Χερουσκίαν μετέστη concludendum sit a Druso interiorem Cheruscorum terrae partem petitam esse, contendimus ab eo Visurgim summum transgresso per loca quae Meliboco monti meridiana regione adiacebant iter factum esse. Salam autem Romani diu Albim superiorem ducebant, cum caput Albis sero cognosceretur. — Tacitus ipse caput Salae caput Albis putat (Germ. 41: In Hermunduris Albis oritur, flumen inclitum et notum olim; nunc tantum auditur). — Neque vero dubitari potest, quin tum rumores Romam allati sint Drusum Salam

Augustus fecisset. Ipsum quippe asperrimo hiemis Ticinum usque progressum neque abscedentem a corpore simul urbem intravisse: circumfusas lecto Claudiorum Juliorumque imagines: defletum in foro, laudatum pro rostris....'

Neque haec a Seneca memoriae tradita (Senec. ad Polyb. de consolatione) silentio praetereamus: 'Caesar patruus meus ..... modum tamen lugendi non sibi tantum sed etiam aliis fecit ac totum exercitum non solum moestum sed etiam attonitum corpus Drusi sui sibi vindicantem ad morem Romani luctus redegit.'

[1]) Abrah. l. c. 'Um diese Stelle (Strabo) mit Dio in Einklang zu bringen, übersetzt man gewöhnlich .... in folgendem Sinne: es existirt auch ein Fluss Saale, zwischen welchem und dem Rhein Drusus starb beim Kriegführen. Aber eine solche Uebersetzung und Erklärung ist sprachlich und sachlich unhaltbar.... Die Stelle des Strabo muss übersetzt werden: Drusus starb, während er zwischen Rhein und Saale Krieg führte....'

attigisse, cum milites eius illud flumen, quo consistere cogerentur, Salam nominari certe ex Germanis audirent. Sed brevi Salae nomen Romae nondum divulgatum oblivione obrutum est, quoniam Tiberius anno 5 p. Chr. per regiones Germaniae magis in septentriones spectantes iter faciens Visurgi traiecto statim ad Albim pervenit neque Salam attigerat. (Vell. Paterc. II 106: ....Insequenti aestate sub duce Tiberio Caesare....receptae Cauchorum nationes.... fracti Langobardi.....denique....ad quadringentesimum miliarium a Rheno usque ad flumen Albim, qui Semnonum Hermundorumque fines praefluit, Romanus cum signis perductus exercitus. Et eadem mira felicitate et cura ducis temporum quoque observantia classis, quae Oceani circumnavigaverat sinus ab inaudito atque incognito ante mari flumine Albi subvecta ...exercitui Caesarique se innxit). Praeterea pro dignitate et virtute Drusi brevi tempore certe nemo Romanus dubitaverat, quin ille dux fortissimus et popularissimus usque ad Albim, finem ultimum expeditionum a Romanis contra Germanos susceptarum procederet. Sed Velleius Drusi aequalis ipse quoque videtur audisse hunc non usque ad Albim progressum esse.

Prodit enim haec (l. c.): 'Insequenti aestate anni denique quod nunquam antea spe conceptum nedum opere tentatum erat, ad quadringentesimum miliarium a Rheno usque ad flumen Albim....Romanus cum signis perductus exercitus.' Itaque Strabo Drusi aequalis auditione et fama, ut ex verbis et diffusis et obscuris: ἔστι δὲ καὶ Σάλας ποταμός.....colligo, recte acceperat finem Drusi expeditionum Salam fuisse. Quoniam Florus, epitomator Livii, a Druso praesidia atque custodias per Albim flumen disposita esse narrat (II 30: et praeterea in tutelam provinciae praesidia atque custodias ubique disposuit per Mosam flumen per Albim per Visurgim), a Livio ipso Albim ultimum bellorum Drusi Germanicorum significatum esse putamus. Dio autem Livium auctorem secutus Drusum usque ad Albim, id quod tum opinio omnium fuit, progressum esse prodit, sed quippe cum bellis a M. Aurelio cum Marcomanis gestis, ut opinor, verum Albis

caput a Romanis cognitum esset, quasi errorem auctoris corrigat, adicit: (Ἄλβις) ῥεῖ δὲ ἐκ τῶν Ὀβανδαλικῶν ὀρῶν....

Explicemus nunc, quo loco Drusus mortuus sit.

Quo in loco exquirendo et haec Plinii et haec Valerii Maximi verba magni momenti sunt. Plin. N. H. VII 20 'Cuius rei admiratio ita demum solida perveniat, si quis cogitet nocte ac die longissimum iter vehiculis tribus Tiberium Neronem emensum festinantem ad Drusum fratrem aegrotum in Germaniam. Ea fuerunt CCM passuum.' Valerius (Facta et dicta memorabilia l. 5. c. 5.): 'Tantum enim amorem princeps parensque noster insitum animo fratris Drusi habuit, ut cum Ticini, quo victor venerat, gravi illum et periculosa valetudine in Germania fluctuare cognosset, protinus inde metu attonitus erumperet. Iter quoque quam rapidum et praeceps velut uno spiritu corripuerit, eo patet, quod Alpes Rhenumque transgressus die ac nocte mutato subinde equo ducenta milia passuum per modo devictam barbariem Antabagio duce solo comite contentus evasit.'

Quin Tiberius iter CCM passum nocte ac die emensus sit, non est dubium, quod Plinius, auctor gravissimus, cum Valerio in hac re consentit. Quam rem ille ab hoc non repetisse facile intellegi potest, quod ille prodit Tiberium iter vehiculis tribus emensum esse, cum Valerius tradat iter equo subinde mutato confectum esse. Magna inter viros doctos de situ viae CCM passuum, quam Tiberius die ac nocte fecit, controversia est. Verbis Valerii: 'Alpes Rhenumque transgressus'.....'per modo devictam barbariem' commoti viri doctissimi Tiberium Rheno prope Magontiacum transiecto per mediam Germaniam usque ad Salam, quod flumen ab illa urbe ducenta circiter milia passuum absit, dies noctesque profectum esse putant. Dederich haec dicit: 'Die 200000 Schritte, d. i. 200 römische oder 40 geographische (deutsche) Meilen entsprechen ungefähr der Entfernung von Mainz bis zum Uebergangspunkte über die sächsische Saale, so dass nicht daran zu zweifeln ist, dass Drusus die Saale noch nicht weit hinter sich hatte, als er den Schenkel brach und, wegen dieses Unglückes an der

Fortsetzung des Rückzuges gehindert, ein Sommerlager befestigen musste' (p. 97).

Watterich haec: 'Es musste ein Lager errichtet werden — man war erst unfern der sächsischen Saale, wahrscheinlich in der Merseburg-Naumburger Gegend — und gewartet werden.' (p. 121.) [1])

Sed hanc sententiam repudiamus, quod fieri non potuit, ut Tiberius tanta celeritate per interiorem Germaniam proficisceretur, cum Visurgim, Hercynium saltum tum demum patefactum (Flor. II 30: invisum atque inaccessum in id tempus Hercynium saltum patefecit), multas paludes, maximas silvas viis, si non per hostes dirutis at certe ad iter maturandum non idoneis superari opus esset. [2])

Atque quis credat oblatam Tiberio in interiore Germania facultatem ad vehiculum ter mutandum idque haud dubie paribus spatiis intermissis?

(Plin: iter tribus vehiculis....emensum).

Abraham Drusum prope Alisonem mortuum esse conicit: 'Wahrscheinlich starb Drusus in der Nähe von Aliso, da, wo ihm das Grabdenkmal und die Ara errichtet wurde; sonst wäre es schwer verständlich, warum diese ara, an der auch gallische Gemeinden opferten, grade an der Grenze

[1]) Mommsen, röm. Gesch. V. Bd. p. 27 haec dicit: 'Dies (das Sommerlager) lag tief im Barbarenland (Valerius Max. 5, 5, 3) und nicht allzuweit von dem Schlachtfelde des Varus .... man wird dasselbe im Wesergebiet suchen dürfen.' Felix Dahn, deutsche Gesch. I. Bd., 1. Hälfte, p. 354 (Gesch. der europäischen Staaten herausgegeben von Heeren, Ukert und W. von Giesebrecht, Gotha 1883) haec: '(Drusus) starb... am 14. Sept., erst dreissig Jahre alt, noch 40 Meilen vom Rhein entfernt, in den Armen seines Bruders Tiberius.'

[2]) Abraham l. c.: 'Tiberius durcheilte also die letzten 40 Meilen bis zum Lager des Drusus durchschnittlich in 36 Minuten, und zwar zu Wagen mit einem einzigen Begleiter. Diese Schnelligkeit und diese Art zu reisen wäre undenkbar, wenn sein Weg ihn durch das Innere Germaniens, über die Weser, durch Gebirge geführt hätte... Dagegen sprechen nicht Stellen wie Vell. II 106, 109, aus denen hervorgeht, dass die römischen Heere bei ihrem Vormarsch überall Wege bahnten und die Entfernungen genau massen und bezeichneten; denn das können der Natur der Dinge nach nur Durchhaue und allenfalls Befestigungen von Sumpfstellen gewesen sein, nicht aber Kunststrassen, die man mit fliegender Eile Tag und Nacht durchjagen kann.'

des römischen Gebiets angelegt und verblieben sei. Die 200 000 Schritt entsprechen der Entfernung von Mainz bis Aliso, wenn man nicht die Luftlinie rechnet, sondern die römische Strasse, die dem Limes folgend oder ihn bildend zuerst rheinabwärts in die Nähe der Lippemündung und von da an der Lippe nach Aliso führte.'

Quod Abraham Tiberium longum itineris CCM passuum spatium emetientem Magontiaco profectum esse putat, cum Dedericho et Watterichо consentit. Quam coniecturam comprobare nulla re cogimur. Neque enim Valerii verbis: 'Alpes Rhenumque transgressus' Tiberium prope Magontiacum Rhenum transisse significatur. Atque Plinius dicit: festinantem in Germaniam' non 'festinantem in Germania.'

Equidem Tiberium sub Alpes superatas aut in Alpibus ipsis Rhenum transisse contendo. Nam praeterquam quod Valerius verbo 'que' Rhenum ad Alpes referre videtur, adulator ille turpis, si Tiberius longissimo itinere Ticino usque Magontiacum celerrime (Val.: Ticini....protinus inde metu attonitus erumperet) confecto per mediam Germaniam Magontiaco usque ad Salam aut usque ad Alisonem castellum profectus esset, certe illud iter Ticino usque Magontiacum celerrime factum silentio non praeterisset. Neque Plinius, auctor certissimus, Tiberium fessum de longa Ticino usque Magontiacum via iter CCM passuum illud ingressum esse tradere omisisset, praesertim cum exempla celeritatis et laboris afferat.

Cui rei Valerium, quo maioribus laudibus Tiberium efferet, voluntate et iudicio tenebras obduxisse etiam inde intellegitur, quod verbis 'mutato subinde equo' utitur, quibus commotus putares Tiberium equitasse, cum Plinius apertis lucidisque verbis tradat, illum tribus vehiculis longam viam confecisse. Ac ne illud quidem neglegendum est, quod Plinius scribit: 'festinantem in Germaniam.' Praeterea quaerendum esse mihi videtur, utrum nomen Antabagii ducis origine celtica an germanica sit. Si Antabagius natione Celta fuit, id quod verisimile videtur esse, non facile in-

tellegitur, cur Tiberius duce per Germaniam illo usus sit. Tiberius igitur mea quidem sententia aut Rheno sub Alpes superatas transiecto a Basilia fere dextra Rheni ripa ducenta milia passuum evasit, aut Rhenum in Alpibus ipsis transgressus a Vindonissa fere sinistra Rheni ripa via strata et plana iter CCM passuum emensus est. Qua in re Valerii adulatoris verba haec: 'per modo devictam barbariem', quoniam tempus verbo 'modo' significatum ab adulatoribus valde extendi solet, aliquo modo valent, cum in sinistra Rheni ripa nationes Germanorum et Celtarum paucis ante annis rebellatae sed tum pacatae (Liv. epit. 137; Dio LIV 21) incolerent, a dextra Rheni ripa Vindelici et Marcomani non longe abessent. (Mommsen V p. 24: Das Neckargebiet, ehemals von den Helvetiern besessen, dann lange Zeit streitiges Grenzland zwischen ihnen und den Germanen, lag verödet und beherrscht einerseits durch die jüngst unterworfene Landschaft der Vindeliker, andrerseits durch die römisch gesinnten Germanen um Strassburg, Speier und Worms.... p. 138: Das Neckargebiet, einst von den Helvetiern eingenommen, dann lange Zeit streitiges Grenzland zwischen diesen und den vordringenden Germanen..... späterhin vielleicht theilweise von den Marcomanen besetzt, bevor diese nach Böhmen zurückwichen.) Vindelici anno 15 a. Chr., Marcomani anno 10 (cfr. p. 22) a Druso victi erant. Neque igitur iter CCM per modo devictam barbariem illud impedit, quominus contendam castra aestiva prope a Magontiaco, id quod infra comprobabimus, sita fuisse (Suet. Claud. 1: supremum diem morbo obiit in aestivis castris).

Abraham, ut coniectura sua (Wahrscheinlich starb Drusus in der Nähe von Aliso, da, wo ihm das Grabdenkmal errichtet wurde), comprobetur, dicit aram, cuius Tacitus (ann. II 7: Sed Caesar.... ipse audito castellum Lupiae flumini adpositum obsideri, sex legiones eo duxit..... neque Caesari copiam pugnae obsessores fecere, ad famam adventus eius dilapsi: tumulum tamen nuper Varianis legionibus structum et veterem aram Druso sitam disiecerant. Restituit aram honorique patris princeps ipse cum legionibus decucurrit;

tumulum iterare haud visum.) mentionem faciat, eandem esse atque tumulum honorarium ad ipsum Rhenum excitum (Dio LV 2: Γερμανικός.... κενοταφίου τε πρὸς αὐτῷ τῷ Ῥήνῳ λαβών), ut ex his Suetonii verbis intellegatur: (Claud. 1) 'Ceterum exercitus honorarium ei tumulum excitavit, circa quem deinceps stato die miles decurreret, Galliarumque civitates publice supplicarent'.

Sed mihi primum verba Taciti illa cum Suetonio conferenti aliquid inter aram illius et cenotaphium huius interesse constat. Neque enim, quod Germanicus honori patris circa aram cum legionibus decurrit, existimari licet hanc rem cohaerere cum ea re, quam Suetonius prodat.

Nam cum casu occasione data (Tac. l. c.: Sed Caesar, dum adiguntur naves, Silium legatum.... irruptionem in Chattos facere jubet, ipse audito castellum..... obsideri) accideret, ut Germanicus ludos patris honori faceret, circa tumulum honorarium, cuius Suetonius mentionem facit, stato die Gallis publice supplicantibus milites decurrebant. Et quisquam dubitabit, quin observantia illa Germanici militumque eius in more militari Romanorum posita sit? Accedit, quod Aliso a Gallorum finibus maiore intervallo remotus erat, quam ut Romani postularent, ut civitates Gallicae illuc convenirent. Conferamus nunc Taciti verba illa cum Dione (l. c.). Illud: πρὸς αὐτῷ τῷ Ῥήνῳ non ad Alisonem referri posse in aperto est. Agedum conferte nunc Suetonii verba cum Dione. Tumulum honorarium, cuius ille mentionem facit, eundem esse atque κενοτάφιον huius contendo. Dedericho enim assentior haec dicenti: Dio und Sueton haben ihre Berichte aus derselben Quelle, und die von ihnen erwähnten Denkmäler sind dieselbigen. Sueton nennt nicht den Ort des tumulus honorarius, aber er sagt, das Heer errichtete ihn, d. h. das Heer in den Winterquartieren zu Mainz.... Dem von Dio genannten κενοτάφιον πρὸς αὐτῷ τῷ Ῥήνῳ ist derselbe Platz anzuweisen; und über allen Zweifel setzt uns hinweg das Zeugniss des Eutropius, welcher wirklich ein monumentum Drusi zu Magontiacum erwähnt'. (Eutrop. VII 13: Qui apud Magontiacum monumentum habet)[1]. Omitto illud quod verbum tumuli honorarii idem significat ac tantumdem valet atque κενοταφίον. Illa autem ad Alisonem ara a praesidio castelli Druso deorum honores tribuente exstructa erat, quod dux fortissimus castellum illud condens in ea regione commoratus erat. Neque igitur ab antiquis auctoribus argumentum vel ratio potest peti Drusum prope Alisonem mortuum esse.

Praeterea Abraham putans Drusum eo loco vita decessisse, quo ei postea monumentum illud factum esset, haud dubie errat (Wahrscheinlich starb Drusus..... da, wo ihm das Grabdenkmal und die Ara errichtet wurde). Nam Dio disertissime et planissime dicit et Drusum in itinere (ἐν τῇ ὁδῷ), priusquam Rhenum attingeret (πρὶν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἐλθεῖν τελευτήσαντος) mortuum esse et monumentum ad Rhenum ipsum exstructum esse (κενοταφίου τε πρὸς αὐτῷ τῷ Ῥήνῳ λαβών). Mommsen ut locum mortis Drusi eundem esse atque locum arae putat (wo die vetus ara Druso sita gewiss auf den Sterbeplatz zu beziehen ist), ita discrimen locorum arae et monumenti facit. (Dies [das Sommerlager und zugleich der Sterbeplatz] lag tief im Barbarenlande [Valerius Max. 5, 5, 3] und nicht allzuweit von dem Schlachfelde des Varus [Tac. ann. 2, 7, wo die vetus ara Druso sita gewiss auf den Sterbeplatz zu beziehen ist]; man wird dasselbe im Wesergebiet suchen dürfen..... Wahrscheinlich hat man dessen [des honorarius tumulus] Stätte in Vetera zu suchen)[2].

---

[1]) H. Kiepert, Lehrbuch der alten Geographie p. 521:
'Hier (Mainz) wurde ihm (dem Drusus) nach seinem Tode ein gewaltiges Denkmal errichtet (Tac.), für dessen Reste die in der heutigen Citadelle noch erhaltene Trümmermasse des sog. Eigelsteins gehalten wird.'
Sed Mommsen l. c. aliter censet. 'Wenn ein späterer Schriftsteller (Eutrop. 7, 13) von dem monumentum des Drusus bei Mainz spricht, so ist dies nicht wohl das Grabmal, sondern das anderweitig erwähnte Tropaeum. (Florus 2, 30: Marcomanorum spoliis et insignibus quendam editum tumulum in tropaei modum excoluit)'.

[2]) Mommsen de Drusi morte haec dicit:
'Dass der Sturz des Drusus in der Saalegegend erfolgte, wird aus Strabon 7, 1, 3 p. 291 gefolgert werden dürfen, obwohl er nur sagt, dass er auf dem Heerzuge zwischen Salas und Rhein umkam, und die Identification des Salas mit der Saale allein auf der Namensähnlich-

Haec habui de hac re, quae dissererem. Reliquum est, ut dicam, quid ego de situ loci, quo Drusus diem supremum obierit, sentiam. Qui locus mea quidem sententia non ita longe a Magontiaco aberat. Et verum esse, quod contendam, primum ex eo intellegitur, quod Dio narrans Drusum, priusquam Rhenum attingeret (καὶ ἐν τῇ ὁδῷ .... πρὶν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἐλθεῖν τελευτήσαντος), mortuum esse significare videtur, eum tum non procul a Rheno fuisse. Deinde ex his Dionis verbis (LV 2): .... (ἀποθανόντα) τὰ μὲν πρῶτα μέχρι τοῦ χειμαδίου τοῦ στρατοῦ διά τε τῶν ἑκατοντάρχων καὶ διὰ τῶν χιλιάρχων..... βαστάσας apparet castra aestiva parvo spatio ab hibernis disiuncta fuisse, cum corpus Drusi mortui per centuriones et tribunos militum ex aestivis usque ad hiberna portaretur. Denique coniectura de via CCM passuum mea bene consentit cum ea sententia, qua Drusus prope a Magontiaco mortuus esse dicitur.

keit beruht. Von der Unglücksstätte wurde er dann bis in das Sommerlager transportirt (Seneca cons. ad Marciam 3: ipsis illum hostibus aegrum cum veneratione et pace mutua prosequentibus nec optare, quod expediebat audentibus) und in diesem ist er gestorben (Sueton Claud. 1). Dies lag tief im Barbarenland (Valerius Max. 5, 5, 3) und nicht allzuweit von dem Schlachtfelde des Varus (Tac. ann. 2, 7, wo die vetus ara Druso sita gewiss auf den Sterbeplatz zu beziehen ist); man wird dasselbe im Wesergebiet suchen dürfen. Die Leiche wurde dann in das Winterlager geschafft (Dio 55, 2) und dort verbrannt; diese Stätte galt nach römischem Gebrauch auch als Grabstätte, obwohl die Beisetzung der Asche in Rom stattfand, und darauf ist der honorarius tumulus mit der jährlichen Leichenfeier zu beziehen (Sueton a. a. O.). Wahrscheinlich hat man dessen Stätte in Vetera zu suchen. Wenn ein späterer Schriftsteller (Eutrop 7, 13) von dem monumentum des Drusus bei Mainz spricht, so ist dies nicht wohl das Grabmal, sondern das anderweitig erwähnte Tropaeum (Florus 2, 30: Marcomanorum spoliis et insignibus quendam editum tumulum in tropaei modum excoluit)'.

Typis societatis typographorum Vratislaviensium.